

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Frankofurti, 1625**

Thema LIII. [LII.]

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

## THEMA LIII.

I. COR. II. V. 31.

*Si nos ipsos iudicemus non iudicemur. Cum iudicamur autem, corripimur à Domino, ne cum mundo pericamur.*

DISPOSITIONEM huius Thematis vide supra in I. parte huius Prompruarii, classe VII. Num. 15. pag. 583.

## THEMA LIV.

I. COR. 15. V. 35.

*Dicit aliquis, quomodo resurgent mortui? Quali corpore venient. Stulte tu quod seminas non vivificatur, nisi mortuum fuerit. Et hoc quod seminas non corpus quod nascetur seminas, sed nudum granum, exempli causa, tritici aut alicuius reliquorum. Sed Deus ille dat corpus ut voluit, & unicuique seminum suum corpus.*

## DISPOSITIO.

Omnibus vobis constare arbitror, quod post Pauli discessum è Corintho, irrepserint falsi Doctores, qui resurrectionem mortuorum negarunt, & in hunc errorem plurimos induxerunt. Hunc Paulus ipsis eximere volens inter cetera in hac Epistola gravissimis argumentis resurrectionem mortuorum confirmat primum, deinde etiam obiectiones aduersariorum refutat, cum itaque inter cetera falsi Doctores contra resurrectionem mortuorum pugnarèt hoc argumento quod absurdum sit reuiuiscere ea corpora quæ iam dudum vel in terra, vel in igni, vel in aqua, vel aëre perierunt & corrupta sunt; sicque per contemptum vterentur hac quæstione, quali corpore venient mortui in vitam? quomodo resurgent? ideoq; Paulus ipsis respondet

& c.